

## ERUDITISSIMUM NOBILITATIS DELICIVM.

Ante mensem, et quod excurrit, scripsi ad te per quemdam, qui amme  
meas tibi reddiderit suspectus apud me esse cepit. Ita cursim Bataviam  
totam permagatus repente rediit alibi nunc est apud Comitem Marcanum.  
Suggereram (memini) non protulit de casu gramium Vestris illis  
Mathematicis proponenda in examen. Addebam postulari a te penè  
conticio Europæ vniuersæ Chronici Samaritani <sup>preditionem</sup> quod magnus Straliger  
Arabicum Characteres scriptum Samaritano, vnicum ad hunc diem Europæ  
visum (quid dico visum! imò vniuerso fando tantum ac vix cognitum)  
et ad peritiorum quandam eruditionem seculorum eruendorum faciens  
exemplar legauit Bibliotheca Lugdunensi. Certus sum si meas illas  
arcepisti iam curatum esse magna ex parte quod gloria tua cedat.  
Sciam, certior, si vel rescripto me beabis, vel huius affatu qui hasce  
tradet. Cui quod remmodo <sup>tuo</sup> atque integris officijs licebit, consilium  
(et hoc satis est) ne deneges. ne deneges Lummensibus (quæ parte  
Lossenses hoc est Leodienses sunt) quibus Pastor se negat, donec  
apud nos iudicio pronuntiatum sit Liberè se illis impendere possit  
nec ne, hoc est; amme quia in Leodiensi seu Lossensi eorum territorio  
quarta pars Brabantici iuris est, quadrans iste dodrantem reliquum  
sic afficiat ut saluo esse non liceat, quia ille saluus non est!  
presertim cum Pastor, et Collatoris (Marcani Comitis) beneficio, et  
Episcopi (Leodiensis) Institutione, et Ecclesie fundo (Lossensi)  
et Persona ipsius Pastoris (item Lossensis) Lossensi domicilio, tot istis  
titulis, velut totis caelis remotus sit a Brabantis, Parochia  
sua parte vix quarta. Velis ~~interesse~~ via NOBILISSIMÆ  
importunis istis meis interpellationibus succensere, ut intelligam  
magis mihi negatam deprerandi facundiam, quam deesse tibi sapius  
ignoscendi facilitatem quam sibi promittit.

NOBILITATI TVÆ

Missa 8 Septembris  
1636.

Aeternam Deuotus

Godofridus Wendolmus pastor  
Mercurius

Faint, illegible handwriting in a historical script, possibly Latin or Dutch, covering the upper portion of the document. The text is mirrored across the fold.



Faint, illegible handwriting in a historical script, possibly Latin or Dutch, covering the middle portion of the document. The text is mirrored across the fold.

Faint, illegible handwriting in a historical script, possibly Latin or Dutch, covering the lower portion of the document. The text is mirrored across the fold.